pconiū innocentes martyres. non loquendo
ſed moriendo cōfeſſi ſunt. ꝛ Auguſ. in ſermo
ne hodierne feſtiuitatis ita pulcre loquit. ho
die frēs chariſſimi natalē illoꝝ infantū coli=
mus quos ab herode crudeliſſimo rege inter
fectos eſſe euāgelij textus eloqtur. Et ideo cū
ſumma exultatōne. gaudet terra nr̄a celeſtiū
militū ꝛ tantaꝝ parēs ſecūda virtutū. Ecce ꝑ
phanus hoſtis nūqꝫ beatis puulis tantū ꝓ=
deſſe potuiſſet obſeqo quantū ꝓfuit odio nā
ſicut ſacra pñtis dici feſta manifeſtāt. qntum
ꝯtra beatos puulos iniqtas abūdauit tātum
in eis grā diuine bñdictionis effulſit. Beata
es o bethleē terra iuda que herodis regis im
manitatē in pueroꝝ extinctionē perpeſſa es.
q̄ ſub vno tempe candidatam plebē imbecil=
lis infantie deo offerre meruiſti. digne tamē
illoꝝ natalē colimus quos beatus eterne vi=
te mūdus edidit qꝫ quos mūdo maternoꝝ
viſcerū partus effudit. hec Auguſ. qui meri=
ta innocentū elegantiſſime ꝑorauit. ¶ Secū
dus modus dicendi eſt alioꝝ qui tenuerunt
qꝛ innocētib miraculoſe accelerat fuit vſus
liberi arbitrij. ita qꝛ volūtarie paſſi ſunt. Sꝫ
cū hoc nō inueniat in ſcripturis expſſum ne=
qꝫ a doctorib affirmatuꝫ. non eſt a vobis ita
leuiter acceptandū. qꝛ vt Hiero. refert in epi
ſtola ad paulinuꝫ. Qđ de ſcripturis ſanctis
auctoritatem non habet eadem facilitate cōtēnit
qua probatur. Et ꝓpterea eſt tercius modus
dicendi ſm Tho. ſa ſe. q. cxxiiij. Qꝫ martyrij
gloriam quā in alijs ꝓpria volūtas meret illi
paruuli occiſi ꝑ dei gratiam ſunt aſſecuti. nā
effuſio ſanguinis propter xp̄um vicem gerit
baptiſmi. vñ ſicut pueris baptiſatis ꝛ ꝑ gra=
tiam baptiſmalē meritū xp̄i ꝑatur ad gloriā
obtinendam. Ita in occiſis ꝓpter xp̄m meri=
tum xp̄i ꝑatur ad palmā martyrij obtinen=
dam. Et hoc ē qđ Auguſti. dicit in quodam
ſermone. quaſi alloquēs innocentes. Ille in=
quit de veſtra corona dubitabit in paſſiōe ꝓ
xp̄o q̇ etiam puulis baptiſmū prodeſſe nō ex
timat nō habebatis etatem qua in xp̄m paſſu
rum crederetis. ſed habebatis carnē in qua ꝓ
xp̄o paſſuro paſſionem ſuſtineretis. hec ille.
Cū itaqꝫ viderimus hos paruulos feliciſſi=
mos celicolas eē factos. qꝛ propter xp̄m paſſi
ſunt. eos ita veneremur vt etiam ꝓ dño ieſu
xp̄o ſimul cū eis pati non timeamus. Qui ꝓ
ſe laborantes exaltat in fine ꝛ beatos facit in
regno glorioſo celoꝝ. in quo viuit ꝛ regnat ꝑ
infinita ſecula ſeculoꝝ. Amen.
¶ Sermo quinquageſimuſprimus de bea=
to georgio martyre qui fortis fuit in bello tē
porali ferali ꝛ paſſionali.

Fortis fuit in bello

Scribūtur hec verba originaliter
Eccleſiaſtici. xlvi. ca. Gaudet in ce
lis beatiſſimus georgius. quoniam legitime
certauit in terris. Corona quippe victoribus
datur vt inquit Auguſtinus ī omelia. ꝛ hoc
paulus expreſſit. i. ad thimo. ij. ca. Non coro
nabitur inquit niſi qui legitime certauit. qn
ta vero fuerit georgij probitas ꝛ animi forti
tudo declarat Ambroſius in ꝓfatōne vbi ait
Georgius fideliſſimus miles xp̄i dū xp̄iani=
tatis profeſſio ſilentio tegeret. ſolus inter xp̄i
colas dei filiū eſt cōfeſſus. cui ꝛ tantam fidei
conſtantiam gratia diuina conceſſit. vt tyrā=
nice poteſtatis precepta contemneret ꝛ innu=
merabiliū non formidaret tormenta penarū.
hec ille. verūtamē vt virtutum eius ꝛ ſanctita
tis excellentiam diffuſius explicemus in ꝑ=
ſenti ſermone curabimus aperte. in qb bel=
lis inclitis hic ꝓliator fortis inuentus ē ꝛ vi
ctorioſus. nam licet verba propoſita de ioſue
dicantur ad litteram. tñ appropriate cōueni=
re poſſunt ſancto georgio xp̄i militi inuictiſſi
mo. Qui fortis fuit in triplici bello.
Primo in bello temporali.
¶ Secundo in bello ferali.
¶ Tercio in bello paſſionali.
¶ Qualiter beatus georgius miles fuit ſtrē
nuus. Et an ſit licitum militare. atqꝫ de duo
decim conditionibus quas habere debēt hi
qui volunt laudabiliter militiam exercere.

¶ Capitulum. i.

PRimo beatus georgi fuit fortis in bel
lo temporali. deſeruiuit quippe laudabi=
liter exercitio militari. vnde interrogat a da
tiano ꝓſide. vñ eſſet aut quo nomine vocaret
Rñdit georgius vocor ex nobili capadocuꝫ
proſapia. paleſtinam xp̄o fauente deuici. ſed
deſerui. vt ſeruire poſſim liberi deo celi. Sꝫ
in hac pte qreret aliq̇s. vtrū pctm̄ ſit milita=
re. Ad qđ rñdet Auguſti. li. de verbis domi=
ni. Et ponit. xxiij. q. i. ca. militare. Militare
inquit nō ē pctm̄. ſed ꝓpter ꝓdā militare pctm̄
ē. Et idē ad Bonifaciū. ꝛ no. xxiij. q. i. ca. no=
li. Noli extimare neminē deo placere poſſe.
qui armis bellicis miſtrat. In his erat ſan=
ctus dauid cui dñs tam grāde ꝑhibuit teſti=
moniū. In his etiā plurimi illius tpis iuſti.
In his erat ille centurio qui dño dixit. Nō
ſum dignus vt intres ſub tectū meū. Et idē
ꝯtra manicheos. ꝛ habet. xxiij. q. i. ca. qd cul
pat. xp̄us tributa ceſari monet reddi qꝛ pro=
pter bella neceſſaria militi ſtipendium prebe
tur. Et de hoc ita ſcribit. xxiij. q. i. c. paratus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in h. Nā ſi xpiana diſciplina oīa bella culpa=
rēt. hoc potius ꝯſiliū ſalutis petentibꝫ in euā
gelio diceret͛. vt abijcerent arma ſeqꝫ oīno mi
litie ſubtraherēt. dictū ē aūt eis. neminē con=
cuſſeritis. Eſtote ꝯtenti ſtipendijs vr̄is. qui=
bus ꝓpriū ſtipendiū ſufficere precepit debere
militare vtiqꝫ nō prohibuit. glo. ſup illo ver=
bo concuſſeritis. Concutere eſt aliquid pete=
re vltra debitū rōne officij alicuius. Notan=
dū tamē ꝙ volēs debite ⁊ laudabiliter exerce=
re. xij. debet conditiones habere.

Prima dicitur laicalis ſtatus.
Secunda virilis ſexus.
Tercia diſpoſitum corpus.
Quarta affectus iuſtus.
Quinta animus magnus.
Sexta premium exercitium.
Septima victus ſobrius.
Octaua promptum obſequium.
Nona fidelitas firma.
Decima prudentia circūſpecta.
Undecima miſericordia benigna.
Duodecima ſuperna confidentia.

Prima conditio dr̄ laicalis ſtatus. nā cle=
ricis ⁊ alijs ad cultū diuinū deputatis inter
dicit͛ vſus ⁊ officium artis militaris. Sicut
patet. xxiij. q. viij. ca. i. vbi dr̄. Cū petrus qui
primus aploꝝ materialē gladiū vellet exerce
re vt mgr̄m a iudeoꝝ iniuria defenderet. au=
diuit. ꝯuerte gladiū tuū in vaginā. Item cō=
firmat͛ eadē cā ⁊ qſtione. ca. cū a iudeis. ca. nō
pila. ca. clerici. ca. qcunqꝫ. Et diſt. l. ca. clericū
dr̄. Nō ꝯuenit militibꝫ eccleſie militare ſecu=
lo. Nō eſt ſm tho. ſa ſe. q. xl. qr in militari ar
te multa eſt inquietudo ꝯtraria clericali offi=
cio. ita ꝙ nō ſunt compatibilia. ꝓpterea dixit
aplus. ij. ad thimo. ij. ca. Nemo militās deo
implicet ſe negocijs ſecularibus vt ei placeat
cui ſe ꝓbauit. Qd̓ dictū ponit͛. lxxx. di. ca. cō
ſequens. Et. xvi. q. i. ca. ſunt nōnulli. Et. xxi.
q. iij. ca. placuit. Et. xxiij. q. viij. ca. rephenſi=
bile. ⁊ extra ne cle. vel mo. ca. multa. ⁊ ca. ſed
nec. Notandū tñ ſm Tho. ⁊ Alex. de ales in
iij. volumie ſumme. qr licet clerici nō poſſint
nec debeāt pugnare manu. pñt tñ in caſu pu=
gnare nutu. iuſſu. vel auxilio. ſicut probatur
xxiij. q. viij. ca. igit͛. ⁊ ca. ſcire nos oportet. ⁊
ca. omni timore. in ca. hortatu dr̄. Hortatu ⁊
ꝑcibꝫ adriani romani vrbis epi. Ex hortatus
carolus rex bellū ꝯtra lōgobardos ſuſcepit.
Et in ca. vt pridē habet͛. ꝙ btūs gregorius ci
uibus tuſcie mādauit. vt ꝯtra longobardos
arma pararēt ⁊ militibꝫ ſtipēdia decreuit. nec
ſolū pugnare. ſed etiā arma deferre īterdictuꝫ
ē clericis. vt patꝫ de vita ⁊ ho. cler͛. ca. clerici.
vbi dicit͛. Clerici arma portantes excōicent͛.
glo. tñ ibi dicit. Ex ſi tranſitū faciūt ꝑ loca pe
riculoſa tūc pñt portare arma. ad terrorem la
tronū. licet ꝑcutere nō debeāt niſi vim vi re=
pellendo cum moderamine inculpate tutele.

Secunda conditio eius qui militiam ha=
bet debite exercere dicit͛ virilis ſexus. qui eñ
vult militare vir eē debet. nō mulier. eo ꝙ mu
lieribꝫ conditio non eſt apta bellicis artibus
ſunt nanqꝫ mulieres pauide. timide. molles
⁊ delicate. nec ſufficiunt ferre labores qui re=
quirūtur in ꝓliantibꝫ. Uerūtamē quandoqꝫ
inuente ſunt alique mulieres bellicoſe ⁊ ſtrē=
nue ſatis. Judith quidam vidua vt ſcriptu=
ra ſancta tradit. truncauit caput holofernis.
Panthaſilea amico regina in auxiliū troya=
noꝝ venit. multaqꝫ in bello cuꝫ ſuis puellis
egit ſtrennue ac viriliter dimicando. De tha=
miri maſſagetarū regina ſcribunt iuſtinus ⁊
oroſius. ꝙ non muliebriter quādo cirus bel
lum ſibi intulit. aduentu hoſtiū territa eſt nā
cum prohibere ipſos trāſito araxis fluminis
poſſet tranſire ꝑmiſit. ſperans ſibi faciliorem
victoriam inter terminos ſui regni. ⁊ hoſti=
bus fugam difficiliorē obiectu fluminis. Et
cū cirus flumē pertranſiſſet firmaſſetqꝫ aliqn
tiſꝑ caſtra. ſimulato metu. quaſi fugiens in=
ſtructa caſtra vino epuliſqꝫ deſeruit. Quod
cū regine denūciatum foret. adoleſcentulū fi
lium ad ſequendum eum cum tercia parte co
piarum miſit. Adoleſcens autem rei milita=
ris ignarus cū veniſſet ad caſtra tāqꝫ ad epu
las. nō ad prelia omiſſis hoſtibꝫ prorupit ad
crapulas. cirus autem per exploratores edo=
ctus nocte reuertitur cunctoſqꝫ cuꝫ regine fi
lio interfecit. At virago thamiris. ꝑdito vni
co filio ⁊ militantium magna parte. non la=
chrimis ſed hoſtium ſanguine cogitat iniu
rias vindicare. ſimulata igitur diffidentia ꝓ
pter vulnus recenter acceptum. cirum ſemꝑ
refugiebat quouſqꝫ hoſtem in inſidias traxit
vbi diſpoſitis in inſidijs inter montes ducē
ta milia perſarū cum rege deleuit. adeo ꝙ nec
tante cladis nūcius ſuperfuerit. ciriqꝫ caput
amputatū in vtre hūano ſanguine pleno re=
poni iuſſit. dicens. ſacia te ſanguine hūano.
quē triginta annis ſitiſti. ſanguinē ſitiſti ſan
guinē bibe. Narrat inſuꝑ Ualeriꝰ maximꝰ.
li. x. rubrica de ira dicēs. Ex ſemiramis aſſiri
orū regina cū ei circa cultū capitis ſui occu=
pate nūciatū eēt babiloniā defeciſſe altera ꝑte
crinium adhuc ſoluta ꝓtinꝰ ad eā expugnādā
cucurrit. nec prius decorē capilloꝝ in ordinē
qꝫ tantā vrbē in ꝑtātem redegit. quo circa ſta
tua eſt in babilo. nec poſita illo habitu q̄ ad

vltionem exigendā celeritate precepti tetendit. Sed cū iſta rara in mulierib⁹ ſint reperta reſpectu tot bellorꝝ. que geſta ſunt in mundo non ſunt trahenda in cōſequētiā. ¶ Tercia ꝯditio illius qui militiā virtuoſe habꝫ exercere dꝛ diſpoſitū corpus. Nō em̄ licet militiam aſſumere his quib⁹ corpora ſunt delicata. qꝛ vt inqͥt Hiero. ad demetriadē virginē. Statim corpa delicata frangūtur. oportet ergo milites eſſe robuſtos. vt ferre poſſint famē ſitim. frigus. calores. ⁊ ſimilia. ideo Vegeti⁹. lib. i. de re militari ait. Nunqꝫ credo potuiſſe dubitari aptiorē armis ruſticā plebē q̄ in labore nutrit. ſolis ardorē patiens. vmbre negligens. balneorꝝ neſcia. deliciarum ignara. ſimplici animo. pauo ꝯtenta. duratis ad oēm malorꝝ tolerantiam membris. cui geſtare ferrum ducere foſſam. onus ferre cōſuetudo de rure eſt. Et Seneca ad Lucillum ait. Nullum laborē recuſant manus que ad arma ab aratro transferūtur. quiſnā explicet quot laboribus quatiuntur. Perſepe hi qui ad bella ſe conferūt. ſi quis homo ſcire velit legat ceſaris pompei. ſcipionis. lucilli. marci ātonij. ⁊ aliorꝝ geſta. immo interrogēt eos q̄ noſtris temporibus ſub his qui in rebus bellicis florentiſſimi fuere militauerūt. dicant ipſi quot noctes duxerūt inſomnes. quot diebus non guſtauerūt panem. quotiens exigente neceſſitate aſperrima frigora. caloreſqꝫ intenſos pertulerūt. Recitat frontinus de re militari ſcipionē emilianū in itinere cum amicis ambulantem accepto pane veſci ſolituꝫ. ¶ Quarta conditio dicit affectus iuſtus. militandū quidem eſt ꝙ ꝓ iuſticia. ſ. pro patria vel vtilitate reipublice. nā vt ait Tullius li. i. de officijs. Bellū ita ſuſcipiatur vt nihil aliud niſi pax queri videat. nō debet miles finē ſuū conſtituere lucrū tempale. aut ꝓpriū cōmodum. ſed cōmune bonū. ꝓpterea Valerius li. iiij. rubrica de abſtinentia cōmendat. curiū qui conſul factus contra ſamnites ab ipis auro deuinci tentatus eſt. nam duꝫ ſcamno ſederet ligneo. legatis ſamnitū vt erat ſe ſpectandū prebuit qui paupertatē eius mirati magnū pondus auri publice miſſum benignis verbis hortati ſunt recipe. riſit ille ⁊ ait. carꝝ vobis ⁊ mihi ſupuacuū. metallū in patriā reportare. nō em̄ habere aurꝝ mihi p̄cioſum exiſtimo ſed aurū habētibus imperare. ¶ Quinta ꝯditio dicit animus magnus. vt em̄ iquit Saluſtius in catillinario. Semp in bello his maximū eſt piculū q̄ maxime timēt audacia ꝓ muro habet. ex hoc Sene. li. iij. de q̄ſtōnibus naturalibus. ait. Null⁹ ꝑnitioſior hoſtis ē. q̄ꝫ queꝫ audacē anguſtie faciūt. ⁊ Vegeti⁹ li. de re militari ait. Hoc ē in quo toti⁹ rei publice ſalus ꝯſiſtit. vt tirones nō tm̄ corpalibus. ſed etiaꝫ animis p̄ſtantiſſimi eligant. Et q̄dem cauendū eſt ne dubitantē formidantēqꝫ exercitum ad pugnā publicā aliq̄n pducas. ⁊ ibidē Vegetius ſeq̄tur. Ipa die qua certaturi ſunt milites q̄d ſentiāt diligēter explora. Nā fiducia vel formido ex vultu. verbis. inceſſu. moribus cernit ⁊ noueris te oportere differre ſi exercitati bellatores metuūt dimicare. ¶ Sexta ꝯ ditio ē preuiū exercitium. ſcḋm em̄ ꝙ ait Caſſiodorus li. i. epiſtolarū. Ars bellandi ſi nō p̄luditur. cuꝫ fuerit neceſſaria nō habet. Et hoc Vegetius refert. In omni prelio. non tā multitudo ⁊ virtus. q̄ꝫ ars ⁊ exercitiuꝫ ſolet preſtare victoriā hoc vtiqꝫ declarāt nobis exempla. Scribit. Frontin⁹ li. iiij. de re militari. Ex domitius corbulo duabus legionib⁹ ⁊ pauciſſimis auxilijs diſciplina correptis panthos ſubſtrauit. Alexāder macedo q̄draginta milibus hoim iam añ a philippo patre diſcipline aſſuefactus. orbē terrarꝝ aggreſſus innumeras hoſtiū copias ſupauit. Cir⁹ bello aduerſus pſas. xiiij. milibus armatorꝝ innumerabilē exercitū fudit. Luculus aduerſus mitriatem ⁊ tigrauem cū q̄ndecim milibus armatorꝝ hoſtiū innūerabilē multitudinē inhabilem debellauit. Epaminūdas dux thebanorꝝ q̄ttuor milibus hoim ex q̄bus q̄dringenti em̄ eq̄tes erāt lacedemoniorꝝ exercitū vigintiq̄ttuor miliū peditum. eq̄tum miliū ſexcentorꝝ vicit. Hinc ē ꝙ Vegetius ait. Nulla alia re videmus ꝑplm romanū orbem ſubegiſſe terrarꝝ. niſi armorū exercitio diſciplina caſtrorꝝ vſuqꝫ militie. ¶ Septima cōditio dꝛ victus ſobrius. debēt milites eſſe ſobrij ⁊ tempati. neqꝫ licet eis incōtinēter ⁊ laſciue viuere. ꝓpterea Valeri⁹ maximus. li. ij. de diſciplina militari ꝯmendat Quintū cecilīū metellū q̄ aduerſus iugurtam a romanis miſſus. oīa q̄ vires poſſent effemiare bellantiū de exercitu remouit. ⁊ Frōtinus li. i. de re militari ſcipionis ꝯtinentiam magnificat dicens. Scipio african⁹ in hiſpania cuꝫ inter captiuas eximie forme virgo nobilis ad euꝫ eſſet ꝑducta. q̄ oīm oculos i ſe ꝯuertebat ſumma cuſtodia habita ſpōſo reddidit. Inſupqꝫ aurū: qḋ parētes eius redempturi. captiuam ſcipioni attulerant eidem ſponſo ꝓ nuptiali munere dedit. Qua multiplici gratia vniuerſa gens victa imperio populi romani acceſſit. ¶ Octaua cōditio dꝛ promptū obſequiū nihil vtiqꝫ militibus eſt ita neceſſarium. ſicut prompta obediētia. qm̄ vbi nō ē obedientia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non eſt ordo. Et vbi nõ eſt ordo: ibi cõfuſio.
Ideo Aug⁹. li. v. de ci. dei. narrat illud qđ
ponit Valerius. qualiter mallius torquat⁹
conſul miſſus ꝯtra tuſculanos ꝑcepto edixit
ne quis extra ordinẽ pugnaret in hoſtẽ: qui
cum oraturus rei grã in pretorio eſſet. filius
eius in caſtris remanens: a tuſculanoꝝ duce
iniurijs fuit ꝓuocatus ad iram a quo tandẽ
audiuit. Tu ipſe ꝯgredere mecũ: vt modo iã
hic euentu cernatur: quantuꝫ latinus eques
ꝑſtet romano: qui verbis ꝓuocatus atqꝫ im-
perij patris oblitus ad bellũ ingredit᷑ et ho-
ſtem interfecit ſpolijſqꝫ detractis ad pr̃em ac
ceſſit dicẽs. vt me pater oẽs tuo ſanguine na
tum referãt: hec ſpolia capta ex hoſte ceſo por
to: qđ vt pr̃ cognouit conſilio ꝯuocato eum
morti tradidit. ſic inquiens. Qñ neqꝫ impiũ
ꝯſulare: neqꝫ maieſtatẽ paternã verit⁹ aduer-
ſus edictũ nr̃m extra ordinẽ pugnaſti: quan-
tum in te fuit diſciplinã militarem qua ſtetit
vſqꝫ ad hãc diẽ res romana ſoluiſti: meqꝫ in
eã neceſſitatẽ adduxiſti: vt aut reipublice mi-
hi: aut mei meorũqꝫ obliuiſcendũ ſit: nos po
tius nr̃o delicto plectemur: qȝ reſpublica tan
to ſuo damno nr̃a pccã luat. mandauit igit᷑
lictori vt ipm̃ morti traderet: qꝛ tutius erat
ipm̃ interficere: qȝ rempublicã militari diſci-
plina carere. ¶ Nona ꝯditio dꝛ fidelitas fir
ma. debent milites eſſe fideles etiã inimicis:
dum eis quicqȝ ꝓmittit᷑. Vñ Aug⁹. xxiij. q.
i. c. noli. ait. fides qñ ꝓmittit᷑ etiã hoſti ſeruan
da eſt. Et de hoc ſatis ꝯmẽdant᷑ antiqui ro-
mani: qui etiã ſuis inimicis fideliſſimi erant.
Vñ Valerius li. vi. rubrica de iuſticia. dicit
camillo faliſtos obſidenti. ludi magiſter libe
ros faliſtoꝝ tanqȝ ambulandi cã extra murũ
eductos: tradidit dicens. repetendis obſidib⁹
neceſſario ciuitatẽ impata facturã. camillus
nõ ſolũ ſpreuit ꝑfidiaꝫ ſed etiã reſtrictis poſt
terga manib⁹: magiſtrũ virgis agenduꝫ: ad
parentes tradidit: ſic adeptus bñficij victori
am: quã fraude nõ ꝯcupierat. nam faliſti ob
hanc iuſticiã ſe ei ſponte dederũt. multa etiã
valerius refert de fidelitate romanoꝝ ac de fi
de publica. ¶ Decima ꝯditio dicit᷑ prudẽtia
circũſpecta. debent milites magis prudentie
qȝ virib⁹ corpis inherere: qꝛ ingeniũ ſuperat
vires. Et maxime ꝓuidentia illis vtendũ eſt
qꝛ vt dicit Valerius de diſciplina militari.
Nihil tam turpe inducit᷑ in milite qȝ dicere:
nõ putabã. eo qꝫ cũ oĩs error emendationẽ re
cipiat. error qui in bello ꝯmittit᷑ emendatio-
nem nõ recipit ſꝫ errorẽ martis ſtatim ſequit᷑
penitentia. ¶ Undecima ꝯditio dicitur mi-
ſericordia benigna. decet quippe milites eſſe
clementes atqꝫ benignos qm̃ crudelitas vi-
cium eſt ſatis ꝯtrariũ hũane ꝯditioni. Ideo
Aug⁹. li. i. de ci. dei. dicit de romanis. qꝫ ama
bant ſibi in laudib⁹ dici. parcere ſubiectis et
debellare ſupbos. Et li. v. laudat clementiaꝫ
marci marcelli. Egregius inquit romani no
minis marcus marcellus. qui ſiracuſas vr-
bem ornatiſſimã cepit. fertur eã prius fleuiſſe
ruiturã ⁊ ante eius ſanguinẽ ſuas illi lachry
mas effudiſſe. geſſit et curam pudicitie etiã in
hoſte ſeruande. nam priuſqȝ oppidum victor
iuſſiſſet inuadi ꝯſtituit edicto. ne quis corp⁹
liberũ violaret. Qđ exemplum ponit᷑ a vale
rio li. v. rubrica de humanitate et clementia.
¶ Duodecima ꝯditio dicit᷑ ſupna ꝯfidentia
in deo nanqꝫ fiducia militũ eſt collocanda.
qꝛ vt dixit iudas machabeus. ij. Machabe-
orum. iij. c. Nõ in multitudine exercitus vi-
ctoria belli. ſed de celo fortitudo eſt. Cũ his
itaqꝫ cõditionib⁹ vt valerius refert diſcipli-
na militaris eſt precipuũ decus ⁊ ſtabilimen
tum imperij ⁊ tenaciſſimũ vinculum ⁊ pacis
tutela firmiſſima. Et de hac ait Ambroſius.
li. i. de offi. illđ qđ no. xxiij. q. iij. c. fortitudo
Fortitudo que bello patriã tuetur a barbaris
vel domi defendit infirmos vel a latronibus
ſocios plena iuſticia eſt. Igit᷑ beatiſſim⁹ Ge-
orgius militie tpali laudabiliter deſeruiuit
quouſqꝫ ad ſpũalem militiã longe melioreꝫ
ſe tranſtulit.

¶ Qualiter draco eſt aĩal terribile ⁊ quõ bea-
tus georgius occiſo dracone conuertit ꝑplm̃
ad fidem chriſti. ¶ Capitulum. ij.

Secundo btũs Georgius fuit fortis in
bello ferali dum ſcꝫ ferã peſſimã draco-
nem ingentem virtuoſiſſime ſuperauit. tñ vt
pars iſta clarior ſit tria ꝯſideremus.
¶ Primũ eſt draconis conditio.
¶ Scđm draconis offenſio.
¶ Tercium draconis occiſio
¶ Primũ qđ cõſiderare debemus eſt draco-
nis ꝯditio. Inquit enĩ Iſidor⁹ li. xij. ethmo.
draco maior eſt cunctis ſerpentib⁹: ſiue oĩb⁹
aĩantib⁹ que ſunt ſup terrã qui ſepe a ſpelun
cis abſtractus fertur in aerẽ ꝯcitaturqꝫ ꝓpter
eum aer. Eſt aũt criſtatus ore paruo et artis
fiſtulis vim aũt nõ in dentib⁹ ſꝫ in cauda ha
bet: gignit᷑ aũt in ethiopia et in india. in ipſo
incẽdio iugis eſtus. Et vt refert Plinius li.
viij. đ naturali hiſtoria. c. xiij. draco. xx. cubi
torũ magnitudĩe naſcit᷑ apđ ethiopes. Et. c.
xij. aſſerit. Qꝫ inter elephantes ⁊ dracones ꝑ
petua eſt dimicatio. Nã draco cauda ꝯſtrin
git elephantẽ ⁊ cadere eum facit ſed nõ impu
ne qꝛ dum interficit elephantẽ interficit᷑ caſu

144

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eius. Sup illum aſit locū Jeremie. xiiij. c. at
traxerūt ventum ſicut dracones. Hiero. ait.
draco eſt aīal valde ſitibundū in tantū ꝙ vix
pt in aqua ſatiari. Et ideo aperit os vento vt
ſic extinguat ardorē ſitis vnde cum videt na
uim in mari et maximus eſt ventus ꝯtra ve=
lum: vt ibi hauriat ventū frigidum volat ad
velū. et q̄nq̄ꝫ ꝓpter magnitudinē corpis et ꝓ=
pter fortē eius impetū ſubuertit nauē. et nau
te q̄n vident appropinquare draconē: qđ pci=
piunt ex tumore aque: ſtatim deponūt veluꝫ
et ſic euadunt. Idem dicit ſolinus addēs: ꝙ
ethiopes vtunt̄ ſanguine draconis ꝯtra fer=
vorem eſtus: veſcunt̄ etiā carnibꝫ eius cōtra
diuerſos morbos. Sciūt enī ſepare venenū
a carnibꝫ eius. nam ſolū habet venenū in lin
gua ⁊ in felle. Et ideo amputāt ei linguā ⁊ fel
que receptiua ſunt veneni. et ſic abſtracto ve
neno vtuntur corpe reliquo tam in medicina
q̄ꝫ in cibo. et h̄ videt̄ tangere Dauid cū dicit.
Dediſti eum eſcā ꝓplis ethiopū. Addit Plini
us ꝙ vi veneni ſp erigit̄ eius lingua. et q̄nq̄ꝫ
ex calore veneni inflāmat aerē ita ꝙ videt̄ ſpi
rare ex ſe ignē. Aliq̄n etiā emittit: dum ſibilat
flatū ꝯtagioſum. Et inde corrumpit̄ aer ⁊ in
ficitur ⁊ morbꝫ peſtilens inde generat̄. in ma
ri q̄nq̄ꝫ habitat: q̄nꝫ in fluminibꝫ natat in ſpe=
luncis ⁊ antris latitat: raro dormit: immo ſp
vigilat: aues ⁊ beſtiaſ deuorat. acutiſſimū ha
bet viſum vñ a remotis videt predaꝫ ſuā. Et
licet vera ſint iſta oīa: tñ quo ad magnitudi=
nem neſcio an draco reliquos ſerpētes ſupe=
ret. Nā Plinius ptacto li. viij. c. xiiij. inquit
Megaſtenes ſcribit in india ſerpentes in tā=
tam magnitudinē adoleſcere vt ſolidos hau
riant ceruos thauroſq̄ꝫ. Aulusgelius inſup
li. vi. noctiū acticaꝝ ait. Tubero in hiſtorijs
ſcriptū reliquit bello primo punico. Attiliū
regulū ꝯſidem in africa caſtris apud bragu=
dam flumē poſitis preliū grande atq̄ꝫ acre fe
ciſſe aduerſus vnū ſerpentē in illis locis ſta=
bulantē: inuſitate immantiatis: cūq̄ꝫ magna
totius exercitus ꝯflictōe baliſtis atq̄ꝫ catapu
lis: diu oppugnatū eiuſq̄ꝫ interfecti longum
coriū: pedes centū ⁊ viginti romā miſiſſe. ſed
quicquid ſit negari nō pt magnitudo ⁊ im=
manitas draconū ſicut ptꝫ nō ſolū relatu ſa=
pientū: verū etiā expientia rerū geſtarum.
¶ Scđm qđ ꝯſiderare debem⁹ eſt draconis
offenſio. inuenit quidē georgi⁹ draconē quē
dam ꝓplos grauiſſime offendentē. nā dū pue
niſſet ad ꝓuinciā libie: ad ciuitatē q̄ ſileita di
cebatur ſe ꝯferebat. Et vt ſcribit Iſido. xiiij.
ethi. li. Libia cirenenſ in ptes africe pma eſt:
a cirene vrbe metropoli: q̄ eſt in eius finibus
nuncupata: huic ab oriēte egyptus eſt: ab oc
caſu ſirtes maiores ⁊ trogodite: a ſeptentrio=
ne mare libicū: a meridie ethiopia ⁊ barbaro=
rum varie natōnes ⁊ ſolitudines inacceſſibi=
les: que etiā baſiliſcos ſerpētes creant. Iuxta
igit̄ ciuitatē ptactaꝫ ſileitā erat ſtagnū inſtar
maris: in q̄ draco peſtifer latitabat: qui ſepe
ꝓplm ꝯtra ſe armatū in fugā vertebat: flatuq̄ꝫ
ſuo ad muros ciuitatꝫ accedēs plurimos oc=
cidebat: quapropter ꝯpulſi ciues duas oues
q̄tidie ſibi dabāt: vt ita eius furorē ſedarent.
Cū ergo iam oues pene defeciſſent: inito ꝯſi
lio ouē cū adiuncto hoīe tribuebāt. Cū ergo
ſorte filij ⁊ filie oīm darent̄ et ſors neminē ex
ciperet: Quadā vice filia regis vnica ſorte eſt
dep̄henſa: et draconi adiudicata: hanc dū pr̄
liberare nō poſſet ꝓpter furorē ꝓplī: induit eaꝫ
veſtibꝫ regalibꝫ ⁊ amplexatus eam cū lachry
mis ⁊ ſingultibꝫ ad locū deputatuꝫ accedere
dolens pmiſit. Nec incredibile videri debet
potuiſſe draconē ciuitatē vnā ita grauiter ob
ſidiſſe: vt cogerent̄ ciues hoīm corpa ſibi tra
dere: q̄n certū eſt: neſcimus quo dei iudicio: ci
uitates ⁊ gentes a minimis aīalibꝫ fuiſſe dele
tas. Refert nāq̄ꝫ Plinius li. viij. de naturali
hiſtoria. A cuniculis ſuffoſſum in hiſpania
oppidū. A talpis in theſalia. a ranis ciuitateꝫ
in gallia pulſam. a locuſtis in africa. ex giaro
cicladū inſula amidos a muribꝫ fugatos. in
italia amidas a ſerpentibꝫ delatas. citra cina
mulgos ethiopes late deſerta regio eſt a ſcor
pionibꝫ et ſolipigis gente ſublata. ¶ Terciū
qđ ꝯſiderare debemus eſt draconis occiſio.
dum enī btūs georgius appropinquaſſet ad
locū: in quo puella draconē p̄ſtolabat̄: forte
ligata vel aliq̄ mō ꝯſtricta: interrogata qđ ibi
ſola faceret: cur ve amariſſime fleret. illa factū
retulit. Cui btūs georgius: noli inquit time
re: qꝛ ego te in xp̄i noīe adiuuabo. Et dū hec
loquerent̄. ecce draco veniēs caput de aqua
leuauit. Tūc georgi⁹ equū aſcendēs ⁊ ſigno
crucis ſe muniens draconē ꝯtra ſe venientē
audacter aggredit̄: et lanceā fortiter vibrans
et ſe deo ꝯmendās: ipm grauiter vulnerauit
et ad terraꝫ deiecit. dixitq̄ꝫ puelle: pījce zonā
tuam in collū draconis: nihil dubitās filia.
Qđ cū feciſſet ſequebat̄ eā velut manſuetiſſi=
mus canis. Cū ergo ꝓpls ciuitatis terreretur
nimiū: a btō georgio ꝯfortatus eſt. Et cū fi=
dem xp̄i plurimū ꝯmendaſſet Rex et oēs po
puli baptiſati ſunt. btūs aūt georgius euagi
nato gladio draconē occidit quē extra ciuita
tem efferri pcepit. Baptiſati ſunt aūt illa die
viginti milia hoīm: exceptis paruulis ⁊ mu
lieribus. Rex aūt in honore btē marie et btī

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

georgij eccleſiā mire magnitudinis ↄſtruxit
¶ Qualiter beatus Georgius forti aīo tulit
ſeuiſſimos cruciatus: et tandē capitis obtrū
catōe martir effectus eſt. ¶ Capitulū. iij.

Tercio btūs georgius fuit fortis in bel=
lo paſſionali. nam ꝓpter chriſtū aſperri=
mos cruciatus tormētaqꝫ immaniſſima paſ=
ſus eſt. ideo ab eccleſia martiriū eius venera=
biliter celebratur. De quo in martirilogio ſic
ſcribit. In pſide ciuitate dioſpoli: paſſio ſan=
cti georgij martiris: cuius geſta paſſionis: et
ſi inter apocriphas cōnumerat ſcripturas
tū illuſtriſſimū eius martiriū eccleſia dei in=
ter coronas martirū venerabiliter honorat.
Fuit aūt vt ponitur in eius legenda marti=
rio coronatus imꝑantibꝫ diocletiano et ma=
ximiano. Suo tp̄e ſeuiſſima erat perſecutio
chriſtianoꝝ. Beatus itaqꝫ georgius milita=
ri habitu abiecto: publice ſe chriſtianū verbo
et oꝑe demonſtrabat. Qua de re datianus p̄
ſes: ↄtra eum indignatus: iuſſit eum in ecule=
um leuari:: et membratim corpus eius vngu
lis laniari. Appoſitis inſuꝑ ad latera facibuſ
patentibꝫ viſcerum intimis ſale plagas eius
fricari iuſſit: ſed cū in fide conſtans ꝛ immo=
bilis ꝑmaneret: nocte xp̄i dulci viſione ↄfor
tatus eſt. videns vero datianus ꝙ eū ſupera
re nō poſſet quendā maleficū aduocauit: qui
bis venenuꝫ bibendū georgio ꝓpinauit. Hō
vtiqꝫ ſigno crucis facto: ſine leſione bibit: q̄re
magus ille ad xp̄m ↄuerſus: chriſtianū fieri
ſe poſtulauit. Quē mox iudex decollari fecit
Sequēti die iuſſit georgiū poni in rota: bis
acutis gladijs vndiqꝫ circūſepta: ſꝫ ſtatim ro
ta frangitur ꝛ georgius inuenit illeſus. Tūc
iratus iuſſit eum in ſartaginē plumbo lique=
facto plenā ꝓijci: qui remiſſo ſigno crucis in
eam intrauit: in qua ſtetit ſicut in recenti bal=
neo ꝛ delectabili. Extractus inde a pſide mo
netur blandicijs: vt xp̄o relicto ſacrificet ido
lis. At georgius ad templū pergere petijt ſi=
mulans velle idolis immolare. Cūqꝫ ibi ma
xima multitudo populi ↄueniſſet orauit ge=
orgius dn̄m: vt templū cum idoliſ diſſiparet
ſtatim ignis de celo deſcendēs templū cum
idolis ꝛ ſacerdotibꝫ ↄcremauit. Cunqꝫ poſt
hec datiano p̄ntaretur: vxor datiani chriſtia
nam ſe dixit. Que iuſſu viri ꝑ capillos ſuſpē
ſa et flagellis duriſſimis ceſa emiſit ſpiritum
Tandē georgius capitis abſciſione martiri
um ↄſummauit. felix aūt aīa eius ad celos
ↄſcendit vbi in eternū dei iocunda viſione le
tabitur atqꝫ cū xp̄o et ſanctis eius gaudebit
in delitijs paradiſi. Amen.

¶ Sermo quinquageſimusſecundus de be=
ato Marco euāgeliſta: qui leoni propter di=
gnas illius animalis conditōnes: merito aſ=
ſimilatur.

Facies leonis a de
xtris ipoꝝ quattuor. Scribuntur
hec verba Ezechiel. i. c. licet om̄es
euangeliſte loquantur de chriſto: Tn̄ qꝛ mat
theus circa eius humanitatē verſatur. vt ha
bens faciem hoīs p̄nunciatus eſt a ꝓpheta. et
qꝛ Lucas chriſti exprimit ſacerdotiū faciem
bouis habere dicitur qd̄ eſt aīal immolatitiū
ſcḋm antiquā legem. Qm̄ vero Johannes di
uinitatem xp̄i altius intonauit velut habēs
faciē aquile deſignatur. Marcus aūt chriſti
regnū et reſurrectionē ardenter ꝓnuncians:
leoni animaliū regi merito aſſimilat. Dicun
tur vero hi q̄ttuor euangeliſte: quattuor ani=
malia. qꝛ ſcḋm Iſidorū in. vi. ethi. li. Per quat
tuor mundi ꝑtes: fides chriſtiane religionis
eoꝝ p̄dicatione diſſeminata eſt. aīalia aūt di=
cta ſunt. qm̄ ꝓpter aīam hoīs predicatur eu=
angelium chriſti. Cum igitur hodierna die
feſtum beati marci ab eccleſia celebretur. lau=
des illius explorari volentes triplicē eius ex
cellentiam: ſcḋm tres leonis conditiones et ꝓ
prietates explicabimus.
¶ Prima dicitur viuacitatis.
¶ Secunda animoſitatis.
¶ Tercia gratioſitatis.
¶ Qualiter btūs marcus multos populos
viuificauit: euangelium ſcribendo: predican
do et obſeruando. ¶ Capitulum. i.

Prima excellentia beati marci dicitur vi
uacitatis. et hec denotat in ꝓprietate ſeu
cōditione leonis qui filiū dormientē excitat
et viuificat. Nam vt ſcribit Iſidorꝰ. xij. ethi.
li. Cum catulus leonis naſcitur: tribꝫ diebꝫ
et tribus noctibꝫ dormire fertur. tūc deinde
p̄ris fremitu vel rugitu veluti tremefactus
cubilis locus ſuſcitare dicitur catulū dormi
entem: ſic quantū ad hoc beatiſſimus Mar=
cus multos peccatores et in peccatis mortu=
os excitauit ꝛ viuificauit. Et hoc tripliciter.
¶ Primo legē euangelicā deſcribendo.
¶ Scḋo legē euangelicā p̄dicando.
¶ Tercio legē euangelicā obſeruando.
¶ Primo beatus Marcus vocauit multos
ad vitā legē euangelicā deſcribendo. Et hic
tria dubia erunt declaranda.
¶ Primū vtruꝫ lex euangelica oēm aliā legem
ſuperet et excedat.
¶ Scḋm vtrū quattuor debuerūt eſſe legis eu
angelice principales ſcriptores.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf